

AD STRAŽILOVO

(Branko Radičević)

Salvum p ermane, suave Stražilovo!
Multi ad sidera temet efferebant,
Dixerunt: „Paradisi imago!“ multi,
Sed non sicut ego te quisquam amabat.

Vertit: S. Kopriva

PASTOR FELIX

(Branko Radičević)

Ad fontem beatus en
Felix dux moror gregis,
Huc nam semitae ferunt,
Huc et virgines meant,
Hic albant domesticum
Linum, eis sit aureum!

Ut se quaeque commovet,
Stringit corde me meo!
Atque ut quaeque me aspicit,
Cor simul ferit meum!
Rident et mihi insuper,
Ut turbent cor excitum.

Sic heri ecce pupula
Venerat puellula,
Ut sum conspicatus hanc,
Heu, motum est cor admodum:
Haec, haec ipsa candida
Cor mihi abstulit meum.

Ljubljana

Vertit: S. Kopriva